








100

CIMELIA



VIII. 3. 4 d



The
9c

Theologia moralis,

de officiis erga se ipsos.

Feol. 4706.

*Erasmii Rotterodami Epistola
consolatoria in adversis.*

Crac. ex aedibus Hier. Viet.

1528.

C. 100

ERASMI RO
TEROD. EPISTOLA
consolatoria in aduersis.

M. ANSELMVS EPHORINVS
Fridenbergus pio Lectori. S.

Hinc fuge quem castæ ledit concordia uitæ
Et cui non pietas relligioq; placet,
Non partus Veneris, nec fœdos tractat amores
Infractæ hic menti dogmata clara dabit
Incluta sacrorum turba & chorus omnis adesto
Collige tormentis gaudia digna tuis.

LVC. XXI.

In patientia uestra possidebitis
animas uestras.

Cim. G. 100

FIDE, MODESTIA, PROBITATEq;

conspicuo ac Reuerendo Patri Domino Marco à
turri Veneto Franasani instituti professori,
huiusq; Poloniæ & Bohemiæ ministro dis-
gnissimo &c. Magister Ansel-
mus Ephorinus Silesius.

S. D.



OMINIS TVI CELEBRITA-
tis & fama, ingenij candor, tuusq; in bo-
narum literarum studiosos fauor per-
petuus Reuerende pater, cō me ignotis-
simum tibi, & nihil unquam de te meri-
tum compulerunt, ut amotis uerecandiae
terminis, quoquo modo amorem tuū omnibus ex æquo ex-
positum, & quidem aliena mēsse, lucrificarem: Quem ut re-
rum omnium experientia prestantem, optimisq; literis as-
fatum instructum, ita humanitate ipsa humaniorem esse no-
ui, permotus omnibus istis, & maxime uirtutis tuæ splendor-
re, facile consequuturum me ueniam, si quid imprudenter &
inconsulte affectassem, sperabam. Sed quorsum hæc? ut quid
sibi uelit mea temeritas breuibus accipias, Inter multas alias
denuo editas Blasphemicas Luabrationes, contra aduersas ani-
mi perturbationes, quibus nullus non orbis angulus hisce
temporibus plenus est, sese consolatorium peropportune ob-
tulit pharmacum, sacrarum tuæ professionis uirginum gra-
tia, ex multis salutaris sacrae scripturae flosculis confectum.
Contra nonnullos qui uelut è plaustro omnem uitam mo-
nasticam,

Cim. 100

BIBLIOTHECA
VNIuersitatis
CRACOVIENSIS

3
nasticam, cunctas professiones & ecclesie sancta decreta, de-
testantur, profandunt, & Satyrias aculeis irridenda mun-
do propinant, in omnem omnium uitam nescio quo delectu
impetū faciētes, Coruos, et Simias purpuratas, odiosis clamo-
ribus, Claudianisq; fulminibus, Psittacis preferentes. Quis
igitur tam magnanimus & cōstans cui nō aliquo modo ten-
tatio obrepāt? Quē non in tantis persuasionū Labyrinthis an-
xium reddat: tuē itaq; Reuerēdæ Dominationi & alijs qui
instituta humillimi corā mundo, & maximi corā deo Frā-
cisā, digna ueneratiōe colitis & obseruatis, per gratū futurū
hoc quale quale est contra Satanam, carnem, mundum
atq; iniquam quorundam iudicij censuram existimau. Ac-
cipiat itaq; ea uultus tranquillitate, qua Persarum impe-
rator aquam ambabus manibus sibi oblatam olim à
tenuis: fortunæ homuntione accepit: maiora (si
hæc tibi cordi esse cognouerimus) acceptus
rus. Valeat tua paternit: Reuerenda, quā
Christus ad conseruandā professiōis
tuæ dignitatē diu conseruet in-
columen. Crac. tertio No-
uas Iul. Anno. M. D.

XX, VIII.

A ij

4
ERAS. ROT. SACRIS VIRGINIBUS

bus iuxta diui Francisci institutum Christo militantibus prope Cantabrigiam. S.D.



BENE nos hortatur dominus, dilectæ in Christo uirgines, ut recondamus nobis thesaurum in coelis, ubi neq; tinea corrumpit, neq; fur furatur. Xenium quod uestra pietas misit, intercipi potuit, sed uestra charitatem, uestras sanctissimas precæ, quibus me quotidie sponso uestro cõmendare dignamini, homo quamlibet furax interuertere non potuit. Demus igitur operam, ut hoc opum genere discamus, quaris elargitione non pauperior sed locupletior fit qui communicat egenti, nec fraudari potest is in quem fit elargitio. Minima tam gratis, tam alacribus animis accipere, quid aliud est, quàm ambire maius beneficiũ? Itaq; quoniam intellexi uobis epistolam illam quam sic ex tempore, efflagitante Thomas Greio, cui negare nihil possum, effudi uerius quàm scripsi, tantopere gratam fuisse, uisum est una cū epistola mittere strosalum, ex Esaie semper uernantibus hortis decerptum, qui uestros animos sacri spiritus fragrantia simul recreet, & corroboret. Etenim si flos terrenus admotus naribus non solum exhilarat, uerum etiam uires cordis cõfirmat, quanto magis huiusmodi flores, quos aura diuini spiritus genuit aluitq; animis & hilaritatem & robur addeunt spirituale, si animis admoueantur. Quis enim est cui non obrepat moeror ac tedium quoddam intuenti mala, quibus

quibus hisce temporibus undiq; plena sunt omnia? Quis tam confirmatus spiritu, cuius animum in tantis opinionum dissidijs nõ perstringat aliqua tentatio? En igitur uobis Esai. Esai. 90.
 iæ sfolus, qui pro tædio det alacritatem, & animum fidei robore confirmet sũdatq;: In silentio, inquit, et spe erit fortitudo uestra. Quis hæc dicit? Non Esaias, sed sanctus Israël, hoc est, æterna ueritas, quæ nec falli potest, nec fallere. Quoties aduersa nobis immittit dominus, qui flagellat omnem filium quem recipit, meminimus esse patrem qui nostræ consulit saluti, non ignarus quid expediat nobis, ne obmurmuremus, sed ita patienerq; feramus manum es mendantis, licet naturæ sensui molestam, hoc est, silentium quod per prophetam exigit dominus, feramus autem non solum absq; murmure, uerum etiam alacres, nimirum spe mox sequuturæ sanitatis. Quod affligit leue est ac momentaneum, quod delectat æternum & inestimabile. Charitas fidei ministra est (per hanc enim, ut ait Paulus, operatur) utriusq; filia spes est. Vt enim demus fidem à charitate se iungi posse, certe spes de qua loquimur, non nisi ex fide & charitate nascitur. Proinde si filij sumus potius quàm serui, patri fidamus, patrem amemus oportet, & si nostram salutem illi cordi esse credimus, non ignari quam immensa sit illius misericordia in omnes, qui diligunt ipsum, in medijs etiam molestijs multam alacritatē nostro spiritui præbebit expectatio diuinæ consolationis, quæ non patitur nos tentari supra quàm possumus, sed facit cum tentatione prouentū, ut ualeamus sustinere, sæpe misæns tristitia lætis, semper

Rom. 8.

per addens unctionem spiritus, quæ tristitia quoque uel leniat
 uel exhalaret. Sunt autem quedam incommoda quorum fi-
 nem in hac uita non expectamus, qualis est senectus, mor-
 bus, ut auunt medici, immedicabilis, & alij morbi nonnulli
 arte medicorum superiores. Et in his silentium ac spes est
 fortitudo nostra. Nam & leuius fit patientia, quicquid cor-
 rigere est nefas, ut ait ille, & nequaquam condignæ sunt af-
 flictiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ mox res-
 uelabitur in nobis. Quir enim non dicam mox, quum hæc
 uita omnis uix temporis momentum ac punctum sit ad æter-
 nitatem? Quod si spes humana tantam habet uim, ut uere
 meritoque quidam ethnicus poëta de illa scripserit: Spes bo-
 na dat uires, animum quoque spes bona firmat, Viuere spe
 uidi, qui moriturus erat, quid non efficiet illa spes quæ in no-
 bis gignit spiritus Christi? Spes humana sepenumero sala-
 lit, spes autem hæc non confundit, ut scribit beatus Paulus.
 Cæterum confundendi uerbū, quo usus est Apostolus Gre-
 cæ scribens, non est perturbationis, sed pudoris potius &
 probri. Siquidem ijs qui præsidij hominum freti, magna de
 se iactarunt, si res præter spem euenierit, propemodum acro-
 bior est exprobratio quam ipsa calamitas, pudore malum
 conduplicante. Verum quisquis totam fiduciam suam collo-
 cauit in domino, certam habet spem, nec periculum ullum
 est, ne frustratus expectatione sua pudeat. Et si nonnunquam
 pij uidentur hic ad tempus pudescere, certe non pudescunt
 in æternum. Opprobria opprobrantium acaderunt super
 domini in cruce pendentem, audiuit uocis omni felle ama-
 riores:

CONSOLATORIA.

riores: Sperauit in deo, liberet eum nunc, si uult eum. Hæc
 audiuit caput, audiunt similes uoces & illius membra. Sed
 quemadmodum afflictionis exemplum habent à capite, ita
 habent & spei fiduciam. Nunquid ille ad impias uoces res-
 pondit? Nihil inuenies, sed in silentio & spe posuit fortis-
 tudinem suam, tranquillo animo dicens patri: In te domine
 speraui, non confundar in æternum, Vbi uident homines,
 pios morbis, bellis, damnis, exilijs, crudatibus, & mortis
 bus affligi, uox est impiorum: Vbi est deus eorum? Quæ
 uitæ interdu[m] non audiatu[r] & inter Christianos. Sed
 grauius est quoties hæc uoces perstrepunt intra præcordia
 nostra, nonnunquam & ad blasphemiam usq[ue] prorumpen-
 tes, quum animus dolore tædioq[ue] uictus, deum uocat immis-
 tem, iniustum, negligentem rerum humanarum, benigno-
 rem erga malos quam erga bonos, quod illis ferè res ma-
 gis secundæ sunt, quam ijs qui pietatem sequuntur, non, in-
 telligentes quod dominus noster, per crudatus & ignominia[m]
 transijt ad gloriam, & obliu[is]it quod Paulus scripsit ad Tima-
 mothæu[m]: Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, per
 sequutionem patietur in hoc seculo. Si nihil adiecisset, tæde-
 re poterat afflictionis perpetuæ, nunc spem mox finiendi
 crudatus & sequenturæ felicitatis ostendit dicens: in hoc se-
 culo. Quin & Hebræus ille sapiens hoc præceptum inter
 pietatis rudimenta ponit: Fili accedens ad seruitutem dei, Eccle. i.
 sta in iusticia & in timore, & præpara animam tuam ad
 tentationem. Vide ut scripturæ diuinæ sibi consentiant
 in sententijs, licet uerbis ac figuris uariant. Idem dicit
 Sirach

cit Sirach quod Petrus Paulus & Esaias. Quod hic uocat
 silentium, ille dicit stare in iustitia & timore, Quod ille sp̃s,
 hic tentationis uerbo significauit. Qui stat non turbatur, nō
 deijcitur animo. Qui stat in iustitia, agnoscat suam iniustitias
 am ac dei flagellantis iusticiam adorat. Qui stat in timore,
 non obmurmurat ei, qui potest & animā & corpus mit-
 tere in gehennam. Rursus qui pręparat animam, non exas-
 nimatur, uelut insperatis malorum procellis, sed boni con-
 sulit, quicquid deo uisum fuerit immutare. Quod alijs uer-
 bis pręcipit Petrus apostolus: Charissimi nolite peregrina-
 ri in furore, quę ad tentationem uobis fit, quasi noui alie
 quid uobis contingat, sed communicantes Christi passionibus
 gaudete, ut in reuelatione glorię eius gaudeatis exultantes.
 Iam qui intelligit afflictionem esse tentationem, hoc est ex-
 plorationem diuinam, expectat probationem, quę spem ha-
 bet comitem, omnis molestię lenitię, quęmadmodū Ro-
 manis scribit Apostolus: Sed & gloriamur in tribulatio-
 nibus, scientes, quod tribulatio patientiā operatur, patientia
 aut probationē, probatio uero spem, spes aut non cōfundit,
 quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per sp̃m
 sanctū qui datus est nobis: Nō satis erat diuinę benignitati,
 gaudijs eternis p̃nsare tēporarios ac momentaneos crucia-
 tus, in medijs etiā afflictionibus dat suis pignus aram sp̃s
 tam efficax, ut nō solū non deficiant in malis, uerū etiā glo-
 riētur & exultent. Itaq; piorū spes, etiā si uideatur eos pu-
 defacere apud homines, reuera nō pudefaciat, dū intra se sen-
 tiunt testimonium spiritus testificantis humano spiritui quod
 sint filij

CONSOLATORIA.

9

Diol. leg. sint filij dei, gaudemq; se manu clementissimi patris, ad hereditatem uitae coelestis explorari fingq; Sic enim prosequitur ille sapiens: Quoniam igne probatur aurum & argentum, homines uero receptibiles in camino humiliatis onis. Crede deo & recuperabit te, & dirige uiam tuam & spera in illum. Qui credit se deo, silet. Silentem ille sic flagellat, ut emendet: sic prostermit, ut erigat, sic necat, ut uiuat fiat. Tu sine medicum suo more operari, tantum relinque peccata, & ira dei uertetur in misericordiam. Frustra speras dei misericordiam, si persistis in his quae prouocant iram dei. Narrant humane literae, quendam negotiatorem ubi cōflatis facultatibus proficisceretur in longinquas regiones, ut multo ditatus lucro rediret in patriā, posteaquā naufragio perissent omnia, dixisse: Age fortuna sentio quid uelis, ad philosophiam me uocas, uenio quod uocas. Huic iactura rerum cēsit in maximum lucrum, siquidem ex auaro mercatore, factus est insignis philosophus, ditior contemptu pecuniarum quā possessione. Saltem huius exemplum nos imitemur, quoties nobis accidit uel publica uel priuata calamitas, ne consternemur animo, ne marmuremus aduersus manum omnipotentis, quemadmodum fecerunt Hebraei, 2. Cor. 10. qui à serpentibus perierūt, sed quod ethiōsus ille dixit fortune, nos dicamus deo, rerum humanarum unico gubernatori: Age clementissime pater, sentio manum tuam, inuis tantem ad poenitentiam, en ad te uenio, me totum tibi trado, finge ac refringe pro tua sancta uoluntate filium tuum hac aeternus male dicto audientem. Nunc hominum uulgus, si

B quid im-

ERASMI EPISTOLA

quid immittitur aduersitatis, non cogitat hoc immitti à deo, sed alij sideribus, alij naturæ humanæ, alij his atq; illis hominibus, aut etiam occasionibus irasuntur, & ulasâ studēt, haud multo sapientiores canibus, qui lapidem mordent ab homine iactum, ipso relicto homine. Tempestas perdidit fruges, merces periere naufragio, coelum pestilens afflauit corpori morbum, niles incendit horrea, sycophanta facēs sit negotium, obstrepat maledicta lingua. Quid male precaris cœlo & mari? Quid ultionem paras in hominem? Isti hoc est mordere lapidē. Primum illud cogita hæc à deo immitti, nec multum referre per quos immittat, utitur enim ille et elementis & improbis hominibus ad ultionem. Mox circumspice te ipsum, nuncubi tuis sceleribus iram dei prouocaris, & si deprehenderis, quis autem non deprehendat, primum ultionem à te ipso sumito, correctis moribus & ad deum conuersus, qui misit lapidem. Sin minus, tamen cogita, tentat me deus, an uere diligā ipsum, orabo ut in me augeat charitatem. Ab hoc animo quantū nunc absumus pleurique? Quot annis iam omni malorum genere affligimur? Deam plagis afflicti sunt Aegypti, & ad singulas cœperunt respicere. Nos tot iam annis tanto pluribus atterimur, nec agnosceamus dominum manum, nec quisquā ad uitæ correctionem confugit, sed in alios alij culpam reijamur, sibi quisque blanditur, molimur uindictas, quasi quicquā possint homines aduersus diuinam potentiam. Quod enim mali genus est quod non premit nos? Aut que pars est ordis ab horum malorum immunis contagio? Vbi terrarum non furit

CONSOLATORIA.

11

non furit Mars, quum Martem dico, non unum aliquod
malum dico, sed malorum omnium oceanum. Vbi non pes-
silitia? ubi non rerum caritas & fames? ubi non expulsa-
tiones? ubi non latrocinia? Nec alicubi desunt inundationes.
Quam acres & implacabiles principum iræ, quantum ca-
lanitatum inuexerunt rebus humanis, quantoq; grauiora
minitantur? Quanquā hæc leuia sunt, si conferantur ad ec-
clesiæ dissidia. Quot sectis discerpimur, & subinde suppula-
lunt nouæ? Quos iungit sanguinis propinquitas, quos ead-
dem domus, quos idem lectus copulat, distrahit opinionum
dissensio. Inter has plagas quotum quemq; uidemus, qui co-
gitet de corrigenda uita, qui confugiat ad domini miseria-
cordiam? Suam quisq; uicem ulasatur. Sua quisq; commoda
tueri conatur, nec aliud quam conduplicamus nobis mala,
& aggrauamus domini manum. Mittimus legationes in Esd. 30.
Aegyptum, oneramus camelos opibus, confugimus ad uelos-
ces, & irritis tumultibus misermus omnia. Nec audimus
sanctum Israël clamantem nobis: Si reuertamini & quiesca-
tis salui eritis. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Quid
est reuertit? relinquere mores & affectus pugnantes aduer-
sus deū. Quid est quiescere? Est abdicatis cupiditatibus car-
nis, nos submittere uoluntati diuinæ. Ita demum felix illud
ac uerum sabbatum erit in animis nostris, si nostris affec-
tibus consopitis & requietis, dominus in nobis quæ uult op-
peretur. Quid primum curant medici? Exhauriunt corpus
noxijis humoribus, cætera permittunt nature. Abijcimus
& nos scelera nostra, dominus, in cuius manu sunt corda

B ij Regum,

ERASMI EPISTOLA

Regum, illico flectet ea ad studium pacis & concordie, ro-
 let è medio locustas militum omni: de populantium, & ra-
 nus opinionum, auferet tenebras nostras ac ueritas illuſcet
 cordibus nostris. Audimus uocem domini auctos ad uite
 correctionem promouentis, ne auribus obturatis obduremus
 & corda nostra, dicentes cum impijs apud Esaiam: Nequa
 quã, sed ad equos fugiemus, & super ueloers ascendemus:
 Ne rursus illud ingerat nobis: Ideo fugietis, ideo ueloiores
 erunt qui uos perſequentur, Fortasse talibus uerbis nemo
 reclamatione nunc domino, sed factis penè reclamatione omnes.
 Hec publica tempeſtas uos leuius perturbat, ô beate uir-
 gines, quæ ſeculo mortuæ iam in terris cœleſtem quodam
 modo uitam agitis, & abdite cum ſponſo Chriſto delicias
 mini, cui quo propiores eſtis, hoc magis decet uos eccleſiæ
 tranquillitatem pijs uotis ſacrisq; precibus illi commendare,
 re, leuantes non modo puras manus iuxta Paulum, ſed multa
 to magis pura corda ad dominum, uelut columbæ in foras
 minibus petre & in cauernis maceriarum, gratiſſimo ge-
 mitu ſemper obmurmurantes ſponſo. Petra autem Chriſtus
 eſt, quæ multas habet latebras in quibus piorũ animæ tuto
 latent, ab huius mundi tumultu. Vbi dulci temperie refri-
 gerantur ab æſtu carnalium deſideriorum, quæ militant ad-
 uerſus ſpiritum. In his foraminibus hoc tutius ac felicius de-
 liteſcitis, quo minus inſtructæ eſtis præſidijs humanis, quæ
 admodũ columbæ, nec roſtro, nec unguibus, nec ui, nec do-
 lis armatæ ſunt aduerſus iniuriã aliarum auium, tantum
 ſaga latebrisq; tutæ ſunt, neq; norunt illi cæterorum ani-
 mantium

CONSOLATORIA.

mantium moliri uim aut iniuriam. Grata simplicitas re-
 lucet in oculis, quam & sponsus adamat in carnis, & Euange-
 lice litera nobis commendant: Nec obstrepu't molesto gar-
 ritu quemadmodum alie permulte, Tantum amabili mur-
 mure solitudinem suam solantur. Ad hanc imaginem, o bea-
 tissime uirgines, & uos in Christi cauernis latitatis, in silen-
 tio & spe collocantes fortitudinem uestra. Est murmur im-
 pium quod odit dominus. Est & tacitum gratumq; mur-
 mur, quo non desinunt gemere mentes afflate spiritu Chri-
 sti, donec euacuetur quod ex parte est, ueniatq; quod perfe-
 ctum est, Talia sunt columbina murmura. Est & pernici-
 osum silentium, quo uetus prouerbiu' dicit perisse Amy-
 elas. Est silentium impiu', quod nescit faceri commissu', quod
 premit gloriam deo debiam. Nimirum hoc erat mutum
 demonium, quod solus Iesus potest eijcere. Est & gratum
 tranquillu'q; silentium, quod cum spe iunctum, reddit in-
 uictum animum aduersus omnium malorum incursus: Hic
 silent affectus carnis, sed audiuntur gemitus spiritus. Sic in-
 gemitabat Paulus quum diceret: Infelix ego homo, quis me
 liberabit de corpore mortis huius: Sic Dauid quum diceret:
 Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit
 & desit anima mea in atria domini. Si a ceruus desiderat
 ad fontes aquarum, sic desiderat anima mea ad te deus. Ha-
 bent uulpes latebras suas, habent uolucres coeli nidos, in
 quibus conquesant, Columba quietem nesciunt, nisi in fo-
 ramibus petrae & cauernis maceriae. Ideo perforatus est
 in cruce tot uulneribus, ut illic pijs mentibus, quae mudi pre-

B iij fidijs oia

ERASMI EPISTOLA

fidijs omnibus renūciassent, quietum ac tutum esset suffu-
 gum. Idem dictus est lapis angularis, connectens utrūq;
 parietem. In huius cauernis dulciter ac feliciter latitauit uir-
 gines, donec audieritis uocem sponsi ad æternam felicitatem
 euocantis: Surge propera amica mea, speciosa mea & ueni,
 columba mea in foraminibus petre, & in cauernis mac-
 riæ, ostende mihi faciem tuam. In his cauernis latitauit insti-
 tuti uestri parens Franciscus, humillimus apud mundum,
 apud deum maximus, in his latitauit sanctissima uirgo Cla-
 ra, uestri sodalitiij dux & patrona, quæ nullis huius mun-
 di præsidij, nullis humanis freta uiribus, sed silentio et spe
 fortis, calcauit mundum, prostrauit satanam, uicit carnem,
 & post temporarios gemitus, meruit uitæ cœlestis coronā,
 regnans cum sponso, quem spretis omnibus satanæ pompis
 & illecebris unam adamauit. Huius uestigijs ingrediens
 tes perseuerate uirgines, ac semper ad meliora proficite, ut
 quemadmodum nunc estis sociæ certaminis, ita sitis & glo-
 riæ, quæ mox reuelabitur in uobis. Ne uos terreat ætas te-
 nera, sexus fragilis, corpusculi imbecillitas, satanæ potestas
 mille dolis armata, petra in qua latitans fortior est omni-
 bus, comminuetur quisquis in hanc impegerit, tutus erit,
 quisquis constanter inhaerit. Quo quis magis fidit suis u-
 ribus, hoc est imbecillior: at qui sibi diffidit totus, qui nullū
 aliud spectat præsidium quā Christum, is omnia potest cū
 Paulo, nō in se, sed in eo, qui elegit infirma mūdi ut confun-
 deret fortia, elegit stulta huius mūdi, ut pudefaceret sapiē-
 tes, elegit ignobilia & ea quæ non sunt, ut ea quæ uidentur
 esse magni

CONSOLATORIA

esse magni momea derideret. Iam si que sunt inter uos
 que iuxta carnem gloriari possunt, quemadmodum potuit
 Paulus, non expedit tamen gloriari, nisi in cruce domini no-
 stri Iesu Christi, qui quum omnem mundi gloriam usque ad
 crucem contempsit, quem postea non pudeat in hoc mun-
 do gloriari? Paulus in tertium coelum raptus non audet glo-
 riari nisi in infirmitatibus suis, et nos hominuli gloria-
 bimur in uiribus nostris? Ille imbecillitate sua potens est. Non
 est igitur quod metuas pusille gregem, confide quonia qui uos
 tuendas suscepit, uiat mundum. Te uero religiosissima domi-
 na, que uirgine sodalitates curam agis, nihil arbitror ne-
 cesse, ut hortor, admoneamque tui officij, gratulari magis li-
 beret, nisi uel parum id tutum esset humane fragilitati, uel
 parum gratum tue singulari modestie. Tantum oro, ut quod
 facitis, pergatis nostri in uestris ad dominum precibus me-
 minisse, nominatim autem Greij sororibus ex me salute dis-
 ces. Dominus uos omnes seruet incolumes. Simul orabit ue-
 stra charitas pro interatore, ut ex Miluio uel harpya po-
 tius fiat columbus, desinatque tandem retissans in-
 uolare quidlibet, ne prouocet in se manu Chri-
 sti, et nomen illi ueritatur.

Cracouie ex edibus Hieronymi Victoris.

Anno. M. D. XXVIII.

ANDREAS FRIDERICVS ELEVTHEROPOLITA

Εἰς εἰκόνα τοῦ ἑξαομῆ.


Quiaq; spectas hanc Imaginem stupens
Virtutis illud premium, laudem & puta
Nunquam mori mortalibus semper noxum




Nasā, stupere omitte corpus labile,
Partem magis mireris ipsius sacram
Honoris hæc facie ferens insignia.


ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΗΛΑ
VNI. V. CIGELL
GRACOVENSIS

Fragment of a page from an old manuscript, showing the left edge and a small portion of the text. The text is written in a dark ink on aged, yellowed paper. The visible characters are fragments of letters, including 'A' and 'B', and some faint, illegible markings.



0





Biblioteka Jagiellońska



stdr0042177

